



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XXX. Markgraf Ludwig vereignet dem Jacobi-Altare in der Pfarrkirche zu  
Arenswalde einen Garten, am 19. September 1350.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

dam, Sic tamen, quod premifforum habitacionis ac expenfarum distinctio predictae collationi communi non debeat aliquod in perpetuum nostri nomine preiudicium generare. Pro qua quidem collatione prenominati nostri fideles nobis in L marcis argenti Brandenburgensis et monete nobis satisfecerunt, de quibus ipsos quitos dicimus penitus et solutos. In cuius etc. Testes Viricus comes de Lyndow, Hen. de Wedel, Petrus de Bredow, Hermannus de Redern, Johannes de Rochow, Wulff, de Saczenhofen, Bergarius de Helen, Hufener et Morner protonotarius. Datum ante Bernow, Anno M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. L<sup>o</sup>. dominica ante Mathei apostoli.

Aus einer von Hackwig'schen Abschrift.

XXX. Markgraf Ludwig verzeuget dem Jacobi-Altare in der Pfarrkirche zu Arenswalde einen Garten, am 19. September 1350.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc. divine remuneracionis intuitu, ob id, quod diuinus cultus per nos adaugeri videbitur, damus et iusto appropriacionis titulo donamus altari sancti Jacobi apostoli, fundato in ecclesia parochiali opidi nostri Arnsbold, ortum dictum valle, ante opidum dictum, solventem annuatim duo talenta cum dimidio talento denariorum brandenburgensium, sic quod idem ortus cum sua saluacione premissa ad memoratum altare debeat pacifice pertinere curricula temporum sempiternis, Renunciantes etc. in cuius etc. testes Lochen, Hufener, Saczenhofer, Helen Ambo. Datum ante Bernow, Anno MCCCL. dominica ante Mathei.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 130. und einer Hackwig'schen Abschrift.

XXXI. Markgraf Ludwig der Römer belehnt die von Heinsberg mit dem Schulzenamte zu Arenswalde, am 1. März 1352.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. contulimus et conferimus viris Nicolao sculteto Arnoldo et Matheo pratriis, dictis de Heynsperg, nostre civitatis Arnswolde civibus, fidelibus nostris dilectis, ipsorum quoque viris et legitimis heredibus iudicium ac officium prefecture civitatis eiusdem, cum singulis ac universis pertinenciis eiusdem, videlicet iudicio et officio prefecture de iure vel ex debito spectantibus qualitercunque nominatis et quocunque situatis et specialiter IIII frusta annuorum reddituum in censu manforum et unum fertonem in censu, vulgariter Rudentyns dicto, premissis civitatis sita et lacum dictum Santzich, in campis predictae nostre civitatis situm, cum singulis pertinenciis, pretactum censum et lacum pertinentibus, nec non cum singulis ac universis usufructibus, commodis, iuribus et honoribus premissis adiacentibus manu coniuncta perpetuis temporibus a nobis dicto pheodi titulo tenendum et sine inquietacione qualibet